



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

12 Februarij. Pridie Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Scien-
tia san-
ctorum

stercienne Institutum intulisti, ubi vix aliqua Christiani nominis notitia inveniebatur. *Etiā mihi grandis restat via, ad regionem longinquam immense æternitatis: in qua vel in uno ultimo vitæ puncto, error est nunquam emendabilis. Tam immane periculum ut securè superem; erudi me in vitæ schola: doce me scientiam sanctorum, quæ in hoc uno consistit, ut discam piè vivere, & sanctè mori.*

S. BERNARDUS, ser. 42. de divers.

Felici-
tas
patriæ
cælestis

O regio sublimis, plena divitiarum! De valle lachrymarum suspiramus ad te: ubi sapientia sinè ignorantia: memoria sinè oblivione: intellectus sinè errore: ratio sinè obscuritate splendet.

(☉)(☉)(☉)(☉)§(☉)(☉)(☉)

12 Februarij. Pridie Idus.

Circa
annum
1220.

B NICOLAE, qui in Gemblacensi asceterio sub D. Benedicti Regula nigri coloris habitum, sed cor virtutū nitore candidum gestabas. Desiderio autem perfectissimi utrimque candoris, albam cucullam in Villario induens, novum amictūs decorem, novo sanctitatis augmento exornasti. *Doce*

me

me relicto malarum consuetudinum tetro habitu induere quotidie novum, & Cistercio congenitum, morum candorem: atque ita exuto veteri homine ex misero exiit am candidatus cœli.

Venerabilis Mater GILDA, Priorissa de Pennebeke: quæ per multos labores & adversitates ad culmen perfectionis protracta, monasterium tuum Cisterciensium ritibus informatum, in magna sanctitate gubernasti; non quidem ut Abbatisa; hunc enim titulum humilis ancilla Christi recusabas; sed instar Marthæ sollicita, tuis sororibus necessaria providebas; ut illæ tantò expeditius Divino obsequio insisterent. Hac tamen denique curâ in B. Gertrudem translata, te ad nuptias Sponsi, jam soli tibi vacans, præparasti. *Iter cœli, quamvis uno momento mors absolvat, longum tamen est; & ad metam pertingere impossibile, nisi semper progredienti. Fac, ut æternæ felicitatis braviium ob oculos ponens, me identidem ad laborem exhorter Apostolico illo stimulo: Sic currite, ut comprehendatis.*

Candor
vitæ.

Obijt
anno
1202.

Progre-
diendū
in via
salutis.

S. BERNARDUS, epist. 253.

*Indefessum proficiendi studium, & jugis conatus ad perfectionem, perfectio
repu-*

reputatur. Quòd si studere perfectioni, esse perfectum est; profectò nolle proficere, deficere est.

(✻)(✻)§(✻)§(✻)§(✻)(✻)

13 Februarij. Idibus.

Obijt
anno
1144

Cardi-
nalis re-
nuncia-
tur.

pauper-
tatem
colit.

BSTEPHANE, illustris gloria, in-
primis patriæ tuæ Catalauni; à quo
nobilissimi stemmatis ortum traxisti:
Inde Clarævallis; ubi magnas excelsi
animi tui dotes sanctus Parens BER-
NARDUS, pro suo more, produxit
ad fastigium perfectionis: Deniq; ur-
bis Prænestinæ; cui te Episcopum Car-
dinalem dedit Innocentius II. Cæte-
rùm tanta florebas apud eundem Pon-
tificem, & geminos successores gratia;
ut ipsemet Pontificum Regúmque Ma-
gister, plures causas prudentiæ tuæ
commiserit, apud Christi Vicarium
tua commendatione promovendas.
Verùm in tanto honorum splendore,
triumphum duxit una paupertas, nihil
penès te divitiarum inveniens, præter
virtutes: quas veluti Roma in te cum
admiratione venerabatur; ita cælum
sua tandem felicioris gloriæ Purpura
donavit. *Indue me sancti pudoris purpu-
ra: qua erubescam vel levi cogitatione ad-
mittere*